

1711.

1. Altmannus, Christianus : De iure auditorum
 2. Barthius, Dr. Christian : De erroribus conscientiae.
 3. Hiltziger, Lazarus Gottlieb : Ne jure et modis
testem resistenter legitime compellendi.
 4. Leibniz, Dr. Nicolai : De foederibus veterum & de
dissectionem animalium factis.
 5. Kampmüller, Gottfried : De usq[ue] pontificiorum.
 6. Krug, Trajan : De ultigatione decori.
 7. Knobellius, Gottfridus Wilhelmus : De mensura et
annals prescriptione gloriarum combitacionum
occisorie 32 1711. Camb. Epist. 3 August. 1711, 1717
- 1740.
8. et Leonhardi, Dr. Christ. : De armatura et apparatu
ardivisarum militiarum 2 exempl.
 9. Müncke, Gottfridus Ludorius : Controversiarum iuris
electiarum decisio I.

1701.

10. Meng, Fridericus : Normam actionum humanarum in societate inproprie & in legem naturae, exeruntur

11. et Ponkar, Georgius : De conditione private statuum imperii & Senatus

12. Reichenberg, Crst. Otto : Programme, quo ad orationem & novae professionis iuris naturalis et gentium . . . invitatur.


13. Reichenberg, Crst. Otto : De norma legum iustorum et iustis discernendis.

14. = Hylitz, Thom. Conserius : De ex quod vox in praesentia & status maritorum facere possunt.
2 Sculp. 1711 - 1742.

15. Tatkir, Jo. Bartholomaeus : In pietatis.

1711

16. Gruppeneger, Dr. Fr. v.: *Die döde am pouassa
præstlanda.*



13071.

N^o 28

1711, 4

116a

בָּנָה

DE

FOEDERIBUS VETERUM
PER DISSECTIONEM
ANIMALIUM FACTIS

DISSERTATIONEM POSTERIOREM
INDULGENTE
AMPLISSIMA FACULT. PHILOSOPHICA
IN VICEM PRIORIS

PRO LOCO

INILLA ALIQUANDO OBTINENDO

D. XXIII. SEPT. A. O. R. c^{is} Lcc. XI.

EXHIBET

M. JO. DANIEL JACOBI,
ERFF. TH.

LIP SIE,

LITERIS IMMANUELIS TITII.

112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
1000



PRÆFATIO.



Ac promissa apparent, eleganter dicit Terentius in Eunucho. Nam aureos montes polliceri, neque tam promisso satisfacere est leges naturales & positivas, quæ nos vel maxime ad fidem servandam obligant, temerario ausu contemnere. Id quod in perverso & corrupto hoco seculo haud raro usu venire solet.

Cum itaque & ego in dissertatione priore de foederibus veterum, per dissectionem animalium factis, quam ante certum temporis intervallum publici juris feci, sponderim ac in me receperim telam exorsam pertexere & posteriorem quoque hac de materia dissertationem in lucem edere; diutius moras necdere nequeo: potius eam tibi, B. L., hisce pagellis offero ex benevolo consensu & arbitrio Inclitæ Facultatis Philosophicæ, quæ mihi licentiam pro Loco dissertationem hanc ventilandi prompte concessit Quo autem præsentis instituti mei ratio eo clarius pateat, capita prioris dissertationis ante omnia tribus verbis repetenda esse duco. Nimirum enumeratis in proœmio variis foedera pangendi ritibus, & explicata §. 1. 2. 3. phrascologia celebritatem ac solennitatem consuetudinis nostræ foederalis ob oculos ponente, indagavi §. 4. originem hujus ritus, & §. 5. personas peragentes cere-

monias, §. 6. earum ornatum atque §. 7. Instrumenta, quibus
utebantur, delineavi; porro §. 8. 9. 10. 11. animalia in ejusmodi
fœderum solemnitate adhibita ac §. 12. eorum qualitates consider-
avi: postea §. 13. incidit quæstio, quoniam in casu fœdus per ani-
malium divisionem olim stabilire fas fuerit? denique §. 14-22.
forma ac totus fœdera hoc modo ineundi processus juxta ordi-
nem, quem in priscis literarum monumentis observatum depre-
hendimus, occurrit, ubi conditionum fœderalium constitutionem
seu electionem excipere solebat rerum huic instituto inservientium
apportatio, vini mixtio, manuum ablutio, prima libamina,
pilorum distributio, preces, libatio, jugulatio, pellis detractio, disse-
ctio, victimæ, jusjurandum, dextrarum junctio & transeundia-
tus. Postremo adjeci §. 23. 24. epilogum prioris dissertationis. Jam
vero ab isto termino primordia praesentis operæ nostræ capiemus,
ubi nuper pedem fiximus. Præ ceteris igitur in hac dissertatione
sub examinis incudem vocabimus, quamnam ob rationem veteres
fœdera per dissectionem animalium & transitum per eorum
segmenta fecerint §. 1. 2. Porro videbimus §. 3. 4. 5. 6., qua-
nam loca ejusmodi fœderibus sanciendis destinaverint, & §. 7.
quodnam tempus his ceremoniis sacrum fuerit. Deinceps §. 8.
9. 10. 11. 12. pensitare animus est ea, qua his ritibus peractis fœ-
derati egerint? Quod ubi absolverimus, §. 13-19. alios ritus fœ-
dera ineundi nostro sere analogos perlustrabimus; & tandem §.
20. 21. locum Gen. XV, 7-18., quantum conductus ad scopum no-
strum, explicabimus, adjuncta §. 22. totius operis conclusione.
Qui conatus ut exoptato successu gaudeat, summi & sapientissimi
Numinis gratiam auxiliumque pia mente nobis expetimus.
Faxit!

§. I.

Brutorum est nullum finem nullumque scopum in actionibus suis sibi præfixum habere: creaturarum vero divinarum nobilissima, homo rationis lumine ornatus & illufratus, nihil agit nisi antea, prudentia duce, certum finem respicere cœperit, ad quem, tanquam ad centrum, omnes conatus, omnes motus omnes-
que

que actiones suæ collineare debeant. Propterea jure meritoque in hac dissertatione nostra primum locum fini considerando vindicamus, cur sc. veteres per divisionem animalium transiitque per partes ipsorum divisa fodera sua corroborare haud dubitaverint. In aprico quidem est, quod principalis pastrorum finis sit pacis & concordiae confirmatio atque sociabilitatis hominibus acceptissimæ conservatio: at vero speciatim heic loci disquisendum venit, cur peculiares ejusmodi ritus adhibuerint. Equidem illud maxima ex parte jam elucet ex iis, quæ differuiimus in dissert. 1. & in primis ex eo, quod §. 20. 22. de hac materia prælibavimus. Attamen, si sententiam nostram paulo accuratius proponere fas est, putamus usurpatum fuisse hunc ritum, *partim*, ut eo vehementius moverentur federatorum animi hoc terribili & cruento spectaculo ad sanctissime observandum foedus contractum; Neminem enim fugit, quantum imaginatio circa objecta corporea occupata in mortalium pectoribus valeat, quantave efficacia sensus in mentis facultates agant: *partim*, ut sanctius & arctius in unum corpus coalescent sacrificio simul inclusi: *partim* ut ὑπερφίαλοι seu foedifragi quicunque sint evasuri, sibi, si non verbis, quod volunt Kimchi ac Raschi, & ex his Velthemius (a), saltē ipso facto omnia mala imprecarentur; Deum perjurii ultorem advocarent, (quod in primis ex Romanorum ritibus foederalibus luculenter appetet, qui Jovem Deum Fidium, teste Laetantio & Vossio, dicebant, quum juramento, ut illud verum jutumque sit, & fidei in juramentis datae servandæ præferset; & ex Aeneæ sermone apud Virgilium (b):) seque dignos profiterentur, ut capite plesterentur, aut sua membra ita dissecarentur, discerperentur & projicerentur, ut animalium proœcta. (c)

A 3

Hinc

(a) *Diss. ad Gen. XV. conf. Et Ostander ac Mercer. ad b.l.* (b) *En. l. 12. v. 199. ubi infædere cum Turno hac faciebat verba: Audiat hec genitor, qui fædera fulmine fæcit i.e. fulmine vindicat. conf. infra §. 3. de Jovis simulacro dicenda.*
(c) *vid. Galov. disp. 6. Anti-Grot. Et Aug. Pfeifferi speci-*

Hinc Attici pariter & Romani, nec non Scythæ foedera & iuramenta religiose servabant (*d*), atque perjuros gravissima poena afficiebant, quod patet ex Plutarcho de Themistocle discente, ex Stuckio (*e*) atque ex Herodoto (*f*). Inprimis de Romanis inquit Florus (*g*): Summa foederum Romanis religio est; Itaque ad auditum locis civitatis obsidium memores id cum pœnis quoque foederis non statim ad arma procurrunt, dum prius more legitimo queri malunt &c. Exempli etiam loco hac in parte esse potest generosus ille Romanus, M. Attilius Regulus, qui iuris-jurandi religione ductus ad Carthaginenses revertebatur, licet prævideret, se atrocissimum ad supplicium tractum iri. Qua de re passim apud Romanarum rerum scriptores vestigia quædam invenies. Nec minus Athenienses cum laude commemorandi veniunt, qui vocem εὐρητού, i. e. qui juramentum præstat, pro εὐτεθῆ sumere solebant. Sic Hesiodus (*b*) ait:

Oὐδέ τις ἐνόπου χάρεις ἔστεται, σὺ δὲ οὐδαίς.

Erant autem gentibus hisce politioribus pacta & promissa jurejurando confirmata tanta curæ, quoniam experientia duce didicabant, Punica fide utentes haud raro & a Deo & ab hominibus putati, tam in hac, quam in altera vita (*i*). Cujus rei exempla ex Herodoto & Xenophonte adducit Stuckius (*k*). Pariter, si tempora recentiora perlustramus, illud cum damno suo haud exiguo expertus est Uladislaus I. Hungariae Rex, postquam foedus cum

Amu-

men Antiquit. sacr. Decad. III. §. 2. it. Feithii Antiquit. Homer. L. IV. c. 17. in Gronov. Th. G. A. T. VI p. 3840. (*d*) v. Potter. Archœol. ap. Gronov. l. c. T. XII. P. II. p. 263. 264. & Jo. Bapt. Hansen: de Jurejur. veterum c. 2. ap. Grev. Thes. A. R. T. V. p. 806. seq. (*e*) de sacr. sacrific. gentil. p. 96. a. edit. Tigur. 1538. f. (*f*) lib. IV. p. m. 281. (*g*) lib. II. c. 6. (*h*) oper. & dier. l. i. v. 188. (*i*) conf. Cic. Or. pro Q. Rose. c. 16. p. m. 53. Homer. Ida. γ'. v. 278. & Ida. τ' v. 259. Plur. vid. ap. Potter. l. c. (*k*) lib. alleg. p. 145. edit. Lugd. Bat. 1695.

Amurath II. percussum Pontificis R. consilio violaverat. E-
pitaphium ipsi a poëta quodam non infelici positum his verbis
conceptum est :

Romulida Cannas, ego Varnam clade notavi,

Discite, mortales, non temerare fidem :

Me nisi Pontifices jussissent rumpere foedus,

Non ferret Scythicum Pannonis ora jugum. (l)

Propterea gratulatur sibi Agesilaus, (licet ipse juramenta non
semper magnificaret, quando genti sua emolumentum aliquod
afferendi occasio affulgebat) (m) de induciis a Tissapherne Per-
sarum duce violatis, &c, illum perjurio suo tam Deos quam ho-
mines sibi infensos reddidisse, ait, aduersa vero parti propitios.
Idem commemorat exorrecta fronte & ore latabundo L. Papy-
rius dicaturus cum Samnitibus; Deos immortales, inquit belli-
cum canens, adesse propter toties petita foedera, toties rupta (n).
Et ipsi Samnites foederi perfide violato cladem suam adscribunt;
Minime, ajunt, id mirum esse, si in impio bello & contra foedus
suscepto, infestioribus merito Diis quam hominibus, nihil pro-
spere agerent (o). Præterea notatu maxime dignum est, quod
Alexander ab Alexandro (p) narrat, observante etiam Solino, de
Sardinæ fontibus; perjurum in iis immersum luminibus privant,
ubi vero perjurium non adest, cernit clarius. Plura ejusdem fa-
rinæ exempla recensere, dum brevitati studemus, supersede-
mus. (q)

S. 3.

Ex religione igitur erga jusjurandum forte factum est, ut
prope aras jurarent foedus contracturi. Foedera enim per diffe-
ctionem animalium siebant, ubi sacrificia, eo quod sacrificiis ple-
rum-

(l) vid. Ravanell. Biblioth. Sacr. tit. Fædus. Hübner. Hist. Po-
lit. P. IV. p. m. 816. seq. (m) vide sis Potterum l.c. p. 266. ex
Plutarcho in vita illius quedam repetentem. (n) Liv. l.X.c.
29. (o) Liv. lib. VIIII. c.39. (p) dier. genial.l. V. c. 10. (q) conf.
Potter. l. c. p. 264. seq. & Philostrat. l. 1. de vita Apoll.

rumque adjuncta erant; scilicet tam in templis ac delubris, quam
in locis aliis. Abraham quidem foedus cum Deo (r) pangebat
in campo: Et Jehovah posuit instaurationem cultus Levitici primum
in tabernaculo, deinceps in templo Salomonis. sacrificabatur (s) conf.
Jer. XXXIV, 15. Sed gentiles, in primis Graeci, in antris, in com-
positis, in saxeto, in lucis &c. qua loca ante templorum inventio-
nem (t) diis consecrata erant, sacrificare, adeoque & foedera ini-
re solebant. Id a Cretenibus, quos D. Paulus non optime nota-
vit, in Jovis honorem factum fuisse, in priscis literarum monu-
mentis deprehendimus. Causam hujus rei indicat Wouwerius
de Umbra, & Holstenius de vita Pythag. apud Saubertum (u). Por-
ro, quantum ad Graecos, Pausanias in Eliacis autor est, quod in O-
lympiae Βελευτηρίῳ Jovis ἔργῳ cognominati simulachrum
fuerit collocatum, quod ultraque manu fulmen continebat, quasi
ulturus ille sit omnino fulmine, qui falleret juramentum & vio-
laret; juxta hoc simulachrum descendentes ad certamen eorum
que parentes & fratres super immolati exta porci conceptis ju-
rare solebant verbis, se nihil deceptionis ad certamen attulisse,
aut secus, quam leges patarentur, Olympiae commississe (v). In-
terdum Graeci ναὸν ἵερὸν τελείων jurabant, prout videre est apud
Thucydidem (x).

§. 4.

Romanis locus ejusmodi sacer sacrificii & foederibus de-
stinatus in genere Captus vocabatur, eo forte sensu, quo Flamen
Dialis

(r) Gen. XV. (s) v. Siganus de R. E. l. 2. c. II, III. (t) De tem-
plorum inventione, varietate & reverentia apud gentiles
multa heic differere non libet. conf. Stuck. de sacr. sacrif.
genitil. p. 58. ed. Tigur. 1598. Potter. l.c. lib. II. c. 2. Arnob. l. VI.
advers. gent. Pfeiffer. Antiquit. Gr. l. 1. c. 38. 39. Jo. Mar-
sham Canon. Chron. p. m. 34. 53. 57. & 105. Dilberr. disput.
Acad. P. II. p. 223. (u) de sacrificiis p. m. 274. (v) Gyrald.
Opp. T. I. Synt. 2. p. 85. Potter. l.c.p. 255. (x) lib. V. Bell.
Pelopon. passim.

Dialis & virgines Vestales capi dicebantur; de quo A. Gellius (y) conseruo potest. Peragebant autem Romani hæc sacra, de quibus jam sermo est, vel in Via sacra, quam inde nomen suum accepisse quidam (z) existimant, quum in ea fœdus iustum sit inter Romulum & Tatium, cuius fœderis occasione deinceps etiam collis Quirinalis, antea Agon dictus, nomen suum sortitus est (a): vel prope columnam Cæsaris, de qua Suetonius in vita Cæsar is scribit: Populus Rom. solidam columnam prope viginti pedum lapidis Numidici in foro statuit, scriptaque parenti patriæ: apud eandem longo tempore sacrificare, vota suscipere, controversias quasdam interposito per Cæsarem jurejurando distrahere perseveravit; quam columnam deinceps a Dolabella fuisse sublatam testatur Lactantius Firmianus (β): vel in templis, de quibus paulo post agendum erit.

S. 5.

Montes autem præcipue ad hoc negotium eligebantur. Nam isti præ reliquis terræ partibus Deo placere semper visi sunt. In monte Abraham iussus est Isaacum immolare: in monte Sinai Deus apparuit Moysi & legem dedit: in monte urbs Jerusalem cum templo ædificata fuit: In monte Christus gloriam suam manifestavit; & in monte Oliveti in cœlum ascendit. Unde & Prophetarum scholas in collibus suisse colligit Schook (γ) ex I. Sam. X, 5. Quod autem Deus aliquando sacrificia & cultum in montibus prohibuerit, factum esse censeo propter abusum, quia in idolatriam degenerabat & populus ejusmodi montibus peculiarem & nimiam sanctitatem tribuebat, atque templum Hierosolymitanum spernebat. Diabolus vero per gentiles cultum divinum in montibus imitatus est. De Persis legatur Herodotus (δ) & Strabo (ε), qui ait: Θύεσι δὲ τὸν ὑπηλῶ τότωτον ἐγένεν ἡγεμονὶ Δία. Et quanto in pretio Romanis mons Capito-

B

linus

(y) lib. I. c. 12. (z) v. Onuphr. Parwin. descript. urbis R. ap. Græv. T. III. p. 269. (α) Georg. Fabric. descript. urbis R. c. 5. ap. Græv. T. III. p. 407. (β) v. Joseph. Castalianis Comment. de Columna Triumphali ap. Græv. T. IV. p. 1944. (γ) Exercitat. var. Exerc. XV. §. 2. 3. (δ) lib. I. c. 131. p. m. 217. (ε) lib. XV. p. 1064. edit. Amst. 1707. f.

linus fuerit, cui Capitolium cum æde Jovi sacra inædificatum erat, ex Virg. VIII. Aeneid. & Historicis Rom. patet. Ibi plerumque foedera paagebant, eam maxime ob rationem, quod Deum eo in loco potissimum testem adhiberi æquum putabant, ubi destinatior ei cultus & religio (§). De antiquissimo illo populi R. & Latinorum foedere percuso in monte Albano multa verba fecit Carolus Sagonius (¶), quæ in præsenti prolixius repetere non lubet.

§. 6.

Uubicunque autem foedera inire in animum inducebant, certum eligebant locum, in quo aram seu altare ex impolito plerumque lapide & cespite exstruerent & herbis ac frondibus festis ornarent; quod Ægyptii omnium primi fecisse quibusdam sine fundamento dicuntur (§), quos deinceps imitati sunt Græci, uti asserit Petrus Berthaldus (i) & Pfeifferus (x). Et quidem in montibus ejusmodi altaria exstruxæ fuisse probat Mart. Schook in loco allegato & Pfeiffero (λ). Imo foederantes in templis hunc in finem aras erexisse patet ex Pfeiffero sa-
pius jam laudato (μ) & Marshamo (v). Quod vero inierint foedera prope altaria orientem versus vergentia, sole meridiano clarius elucet *tum* ex analogia vocis *ἀρά* vel *avræg*, quæ est proprie mutua jura-
menti patratio per solennes foederibus diras & execrationes, unde no-
men *ara* vel *altaris* a quibusdam, licet non sine exceptione, deduci-
tur; id quod prolixe satis explicat Cloppenburgius (ξ) *tum* ex iis,
quæ in dissert. prioris §. 20. de impositione manuum in aras inter ju-
randum brevissimis disputavimus. Ea ipsa facili negotio confirma-

re

(§) v. Hansen. l.c. ap. Græv. T. V p. 818. & Steph. Trellier. de Ju-
rejurando c. V. ap. eund. l.c. p. 820. (¶) de antiquo jure Italie
L. i. c. 3. ap. Græv. T. II. p. 1399. seq. (§) conf. Dilherr. Disp.
Ac. P. II. p. 196. it. Marsham l. c. p. 34. (i) de Ara apud Græv.
T. VI. p. 275. (x) l.c. L. i. c. 34. (λ) l.c. c. 37. p. 80. seq. (μ) lib.
l.c. 23. (v) l.c. p. 559. (ξ) Spicileg. Schole sacrif. p. m. 233. Ce-
terum de altarium nomine, origine & usu evolv. Stuck. de sa-
crif. gent. p. 63. 65. 95. ed. Tig. 1598. Beribald. l.c. c. 1. 2. p. 255.
seq. Pfeiff. A. Gr. l.c. c. 37. p. 78. Dilherr. l.c. p. 196.

re possumus asserto Ciceronis in Orat. pro Flacco; Is, inquit, si aram tenens juraret, crederet nemo. Præterea Virgilius (e) sequentia nobis reliquit:

Post iidem inter se posito certamine reges

Armati Jovis ante aras paterasque tenentes

Stabant, & cæsa firmabant foedera porcâ.

Similiter de contactu aræ in celebri illo foedere inter Aeneam & Latinum (z) dicitur:

Tango aras mediosque ignes & Numina testor, &c.

Ast non semper tangendo aras, sed etiam stando coram illis foederantes nonnunquam juramentum recitabant; quod de Israëlitis sacræ litteræ (q) ac de Atheniensibus, Carthaginensibus & Romanis Alexander ab Alexandro (r) & Th. Godwin (z) testantur; & quidem, dum id faciebant, ad solem orientem plerumque convertebantur (v). Heic repeteret liceat, qua doctissimus Adrianus Turnebus in adversariis suis de Bellona & Victoria observat. Existimat utramque apud paganos dici deos communes, quoniam foedus intre volentes eorum simulacra in gramineis seu cespitiis aris posuerint, ut scilicet eorum, qui utrique parti favere poterant, interventu & religione sanciretur foedus. Quemadmodum autem foederum aræ a piis, cetera si paria sint, magna religiose colebantur, ita iis neglectis improbi facile foedera violabant. Hinc veteres, quando perfidos homines volebant describere, dicebant:

Oīσιν ἔτε βῶμος, ἔτε πίσις, ἔτε ὄρη φένει. (φ)

§. 7.

Sed plus ultra nobis tendendum est in labore nostro. Jam itaque pergimus ad considerationem temporis, quo veteres foedera ferire conveverint. Ebrei promiscue & sine discrimine dierum instituerunt hujus generis solennia, idque tam tempore matutino quam vespertino. Græci observantiores temporis in foederum sanctione

B 2

erant,

(e) l. 8. Aeneid. (z) l. XII. Aen. it. conf. Potter. p. 255. (q) l. Reg.

VIII, 31. (r) l. V. c. 10. (z) in Mose & Aarone l. VI. c. 6. (v) v.

J. P. Pfeiffer l. c. l. 1. c. 38. p. m. 84. (φ) Berth. l. c. p. 274. 299. 306.

erant, & diebus tantum festis publicas solennitates celebrabant. Et quidem rationem habebant Deorum, quorum in honorem hæc sacra peragebant; nam superis mane oriente sole sacra celebrabantur, inferis occidente (χ). At Romani, quibus religio maxima erat curæ, diebus ut plurimum festis & profestis (ψ) foedera contrahebant. Contrahebant vero tantum ante meridiem; quem ritum boni omnis causa institutum credimus; ad id enim plerumque Romani in agendis rebus attendebant, uti demonstrat Pontanus in animadversionibus ad Macrobius. Nimis ante meridiem sol & dies altius provenhuntur; proinde percussum foedus tunc magis magisque indies augendum & firmandum hoc modo indicaverunt. Post meridiem dies & sol decrebant; proinde id tempus vitandum existimavere, ne finistrum foederi percutiendo omen præberetur. Qua de re ulterius conferri meretur Cicero & Marcus Zuerius Boxhornius (ω).

§. 8.

Posteaquam igitur haec tenus penitavimus, quæ ipsum transitum per disiectas animalium partes concernunt; nunc tandem discursus noster delabitur ad ea, quæ transeundi actum in foederibus excipere solebant. Videlicet prosectorum, per quorum medium transitus antea instituebatur, una pars Deo (diis) vel verubus assabatur, vel elixabatur, vel in ollis coquebatur (η), & deinceps in ara offerebatur. Hinc dicit Deus per Davidem (δ): Congregate mihi sanctos meos, qui pepigerunt mecum super sacrificium. Cum autem ignis exarisset, libatione nonnunquam utebantur (ι), & ut flamma magis extolleretur, vinum supra ista effundebant (τ). Ubi simul, antequam prosciæ consumerentur igne, hordea sale mixta s. molæ falsæ Gr. §-

λο-

(χ) v. Stuck. Ant. conv. p. m. no. 5 Pfeiffer l. c. l. i. c. 40. (ψ) de his ut & de intercisiis diebus vid. Grav. l. c. T. I. p. 306. (ω) Cic. l. II. de Divin. Boxhorn. question. Rom. quest. 44. ap. Grav. T. V. p. 969. (η) conf. Zach. XIV. 20. 21. & vid Saubert. de sacrif. p. m. 431. (δ) Pf. L. 5. (ι) quod libatio plerumque ante macerationem facta fuerit, probavimus in dissert. I. §. 18. (τ) conf. Homer. Ili. a. v. 461. seq. Kais. ḡ̄, ū.

λοχύται, altari imponebantur, vel caro sacrificanda hisce molis salis conspergebatur & ita proprie loquendo immolabatur (¶). Et quidem præcipue sal (¶) in sacrificiis foederalibus usui erat ad æternitatem foederis divini, cuius symbola erant sacrificia, Deique cultum sincerum atque constantem denotandum, imo ad indicandum inviolate & sancte aquissimum hoc foedus, quod sanciebatur, esse servandum perpetuoque custodiendum.

§. 9.

Altera pars prosectorum foedus invicem ferentibus ad commissiōnēm relinquebatur, non exclusi iis, qui ceremonias peregerant. Idcirco, ubi sacrificium Diistributum a sacerdote conflagratum erat, ipsi ad epulas & ad lauta convivia convertebantur, que Gracis generatim audiebant θύσιμα, & latini epulae *sacrae* vel *adjiciales*, & qui eas instituebant, *adjicere* dicebantur (¶). Exempla ejusmodi conviviorum post contractūm foedus celebratorum ab Ebræis occurruunt Gen. XXVI, 30. XXXI, 54. Exod. XXIV, II. 2. Sam. III, 20. &c. (¶). De ce-

B 3 teris

(¶) Haud raro ante mactationem frontem tergosque victimæ molis salis conspergebant. Quam vero ob rationem id fecerint, declarat Stuck. de sacrif. gent. p. m. 50. nimirum, ut Deo gratias agerent pro inventione frugum. (¶) de prolixia hac materia conf. Lev. II, 13. Num. XVIII, 19. 2. Paral. XIII, 5. & Fagio, Vatablo aliisque ad bac loca annotata in T. I. Critic. Sacr. p. m. 720. seq. & p. 1020. seq. ac T. II. p. 2712. seq. Suppl. T. I. p. 611. & T. II. p. 235. Clero. Comment. ad Num. XVIII, 19. Postor. l. c. p. 226. seq. Ravaniell. Biblioth. Sacr. voc. Sal. & Foedus. Rhodigin. Lebt. antiqu. l. XII. c. 1. Stuck. Antiq. Convivial. p. 112. edit. 1597. Id. de sacrif. sacrif. gent. p. 55. edit. Tig. 1598. Picinell. Mund. Symb. l. XII. c. 27. Hallervord. dissert. de Foedere salis. Panciroll. Rer. memorab. l. 1. & Salmuth. not. ad h. l. Schaff. de foeder. c. 12. p. m. 72. 73. Dilherr. l. c. p. 262. seq. (¶) de canis adjic. observationes elegant. invenies ap. Andr. Baccium de conviviis antiquorum l. 1. c. 2. in Gronov. T. G. A. T. IX p. 34. & apud Sauberl. l. c. c. 26. p. m. 599. (¶) conf. b. l. Osiander. ad Gen. 26. vers. 30. Hulsem.

teris gentibus in genere illud tuerit Spencerus (V). Græcos quidem alias post sacrificium convivia celebrasse commemorarunt Homerus (A) & Pfeifferus (D). Nec minus Marshamus (G) ejusmodi conviviorum meminit; qui etiam apud Græcos τὸ μεθύειν dici putat exinde, quod μὲν τὸ θύειν vino liberius indulgebant (D). Hinc virgula quasi censoria eos notat Epicharmus apud Athenæum, dicens: ἐν μὲν θυίσις θάνατος, ἐν δὲ θυίσις πόνος ἐγένετο, &c. Sed non ita in sacrificiis foederalibus facere consueverunt; tunc enim, licet convivium instituerent (D), tamen viætmas foederis non comedebant, ut paulo post demonstrabimus. Quantum ad Romanos pertinet, in præsenti brevitatibus gratia filens prætereo foedus populi Rom. & Latinorum in monte Albano perculsum, quod Feriarum Latinarum nomine venit, ubi Jovi Latiali sacrificium offerebatur, & suam quisque carnis partem accipiebat; & tantum provoco ad Rosinum (D) ea de re clarissimis verbis differentem. Dum autem ejusmodi epulum foederale celebrabatur, panis & salis usus haud exiguis erat. Sal enim in primis amicitia & fidelitatis symbolum habebatur, non secus ac mensa, unde proverbium natum, ἀλλα καὶ τερπεῖσαν μη τοδε βάσιν, quo amicitiae iura violanda non esse veteres significarunt. Qua de re aedes velim Erasmus in Adag. & Lil. Greg. Gyraldum ad Symbola Pythagoræ (V). Igitur salem in firmæ amicitie signum mensæ hospitali ante omnes alios cibos a Græcis suis appositum legimus apud Alexandrum ab Al. (D).

§. 10.

Inter convivandum Diis laudes canebant, pedibusque circa aras compludentes ad numeros psallebant, & pulsatis cymbalis choreas age-

Comment. ad Jer. XXXIV. & Dilherr. l.c. p. 274. &c. (D) de leg. Ebr. ritual. L. II. p. m. 276. edit. Hag. 1686. 410. conf. Bochart. Hierozot. p. 322. edit. Lond. 1663 f. (G) Il. IX. 222. Odys. III. 65. 66. 305. 471. &c. (D) Antiq. Gr. gent. l. c. 30. (G) l.c. p. 209. (D) conf. & Athen. Δειπνος. l. 2. c. 2. (D) Dilherr. l. c. p. 274. (D) Antiq. R. l. 2. c. 33. p. m. 513. vide quoque Sigan l.c. ap. Grav. T. II. p. 1599. it. Peir. Morestell. de Feriis Rom. ap. Grav. T. VIII. p. 801. (V) vid. Clerc. l. c. Rhodigin. l. c. (D) G. D. l. V. c. 21.

gebant: Cujus rei causam Servius ad quintam Virgilii Eclogam hanc allegat: Voluisse nimirum majores nullam hominis partem esse, quæ non sentiret religionem: Cantum autem ad animum, saltationem ad mobilitatem pertinere corporis (3). Antequam autem post convivium discederent, Græci Diis gratias agentes, quod ipsos in convivium acceperissent, ultimam sacrificiorum partem lingua in sacrum ignem conjiebant cum adjuncta libatione; idque in honorem Mercurii, cui linguae erant sacræ (P).

§. II.

Attamen relatum legimus, non semper post sacrificia federalia peracta fuisse convivia, neque hæc ad essentiam sacrificiorum pertinuisse. Nonnunquam, si convivium celebrare nolebant, de victimâ partes quasdam ad amicos mittebant. Quare Theocritus (4) :

Καὶ τὸ δὲ θύσας, inquit,
Ταῖς νῦν θαλαῖς καλέας αὐτίκα πέμψον.

Et Plautus (5) :

Sacrificant; dant inde partem majorem mihi, quam sibi. Græcorum filii victimas feederum vel totas abjiciebant & adeo non comedebant, uti videre est in apro illo Agamemnonis (6), sed potius inhumabant in ædibus jurantis, uti tradit Eustathius ad Iliad. III.; si vero jurans peregrinus erat, sacrificii caro in mare projiciebatur (7), vel caput tantum removebant & abjiciebant (8), addita plerumque execratione, quod in primis apud Ægyptios obtinuisse perhibet Marsamus (9).

§. 12.

Quibus omnibus rite ad finem perductis Græci foedera eorumque leges & placita foederalia, ne ullo unquam tempore interciderent,

ēv

(3) v. Rosin. l.c. & Pfeiff. l.c. lib. i.c. 33. (P) Vide sis Hom. Odyss. III. v. 332. 341. Atheneum l.c. l. Pfeiff l.c. c. 32. (4) Idyll. V. (5) Mil. Att. III. Sc. i.v. 117. (6) Iliad. XIX. Homer. conf. & Nat. Com. Mythol. p. m. 656. Pfeiff. l.c. 28. (7) v. Potter. l.c. p. 260 & Mart. Schook. in Achaja vere passim ap. Gronov. l.c. T. V. (8) v. Lomiser de Iustrat. gentil. c. 36. p. m. 350. (9) l.c. p. 208.

et sūnū Aegȳ describabant (d): nonnunquam in Isthmīis aut Pythiis ludis consecrabant foedera erectis tūulis perpetuo tempore duraturis, aut etiam ænis tabulis incisa in Jovis Olympiū templo, vel Athēnarum arce deponebant. Apud Rōmanos foedera actaque publica in linteis mappis (e), lamina plumbea vel ære exarabantur (f). Sic foedus iūtū cum Latinis Romæ in ænea columnā fuisse incisum refert Dionysius Halicarn. (g) Foedera cum exteris in templo Jovis Capitolini columnā aut ænis tabulis insculpebantur, ut perpetua monumenta exstarent. Quo etiam spectant, quæ i. Maccab. VIII. & XIV. narrantur. Nonnunquam in fastos & annales referebantur, aut in æde Jovis Pīstii in clypeo ligneo obiecto bovis immolati corio scribebantur (h). Posthac obsides pacis firmandi causa traditos esse, quod tamē rarissime fiebat, legimus apud Livium (i). Imo etiam connubij foedera nonnunquam obsignata quasi esse constat. Quam ob rem dicit Marsham (k): Lydi & Medi foedus sanxerunt, & Alyates Rex filiam Aryenin Astyagi Cyaxaris filio nuptum dedit. Mutuum delingendo sanguinem sanctum est foedus inter hos reges, &c. Pariter exemplo nobis hac in parte esse possunt Ludovicus XIV. in Gallia & Maria Theresia, Hispaniarum infans; nec non Carolus XI. Sycorum Rex & Ulrica Eleonora, Danie Princeps; ut alios taceamus (l).

S. 13.

Propositis itaque iis omnibus, quæ præcise ad veterum foedera per disfectionem animalium facta spectabant, nunc paucis quoque attingemus ceremonias in pangendis foederibus veterum obvias, quæ ad similitudinem ritus nostri accidunt. Minime autem cramben bis coctam appono, nec eadem chorda oberro. Supra quidem in proœmio prioris dissertationis unum vel alterum modum & mōrem foedera sanciendi a nostro discrepantem recensuimus; sed isti a no-

stro

(d) v. Thucydid. l.c. (e) Liv. lib. IV. c. 7. & alibi. (f) Alexand. l.c. l. 2. c. 30. (g) lib. IV. in bīst. Tarquinii Superbi. conferri quoque potest Alexander ab Al. l. c. l. V. c. 3. & Græv. T. I. p. 350. ac T. II. p. 151. (h) Al. ab Al. l. VI. c. 11. (i) lib. 38. c. 38. (k) L. c. p. 603. (l) conf. & Curt. l. 8. c. 4. ac Scharff. de Fœder. p. m. 100. seq.

stro , uti jamjam innuimus,toto celo differunt; verum hi ritus, quorum hic mentionem facere animus est, ritui nostro aliqua ex parte sunt similes. Analogiam vero partim in mutatis paululum, ceremonis federum, partim in aliis solennitatibus e. g. lustrationibus, pactis matrimonialibus &c. respicio. Aderat nimirum larga vel parca ceremoniarum missis, prout foedera ac negotia illa solennia erant, aut rem publicam magis vel minus concernebant.

§. 14.

Ex historia S. impresentiarum non repetam foedus Abrahami cum Abimelecho (*m*) nec Davidis cum Jonathane (*n*), sed tantummodo tribus verbis commemorabo institutum Regis Saul (*o*), qui, divisis bobus atque partibus in omnem terram Israël missis, Israelitis foedus secum tanquam Rege coram Domino initum in memoriam revocatum volebat, subnexo hoc mandato, nisi quis ad regium signum advolaret ad auxilium ferendum incolis Gabes-Galaad, ipsius boves idem esse experturos &c. Interdum annulus dimidiatus apud quasdam orientis nationes pro symbolo iusti foederis erat. Hanc ergo tesseram Radirobanes Meleandro, ut foedus olim pactum agnoscet, mittit apud Barclajum (*p*). Et Chinenses foedus ambi- entes mittunt sagittam ligamine cinctam, quæ dextra manu accepta alio- que superaddito remissa pacti firmiter contracti signum censem, teste E- rasmo Francisci. De Tongis Indiæ populo legimus apud Nic. Godignum in vita P. Gonzali Silveriæ citata Osiandro supra allegato: Quando, in- quicjuramento aliquid stabilire volunt, terræ pugillum vel incensam favi- lam manu sumunt & insufflantes demittunt in terram, tum jurejurando rem affirmant aut negant, adduntque, ita se velle flammis in pulverem re- duci, si pejerent.

§. 15.

Græcos eorumque finitimos varietas hac in parte vel maxime dele- statavit. Macedones, quoties foedus sanctissimum inire volebant, panem gladio dividebant & libabant, quod prolixe monstrant Stuckius (*q*) ac Rhodiginus (*r*) nec non Curtius variis in locis. Et Cyrilus (*s*) ex Sopho-

C

cle

(*m*) Gen. XXI, 27-29. (*n*) 1. Sam. XVIII, 3-4. (*o*) 1. Sam. XI, 7. (*p*) Argen. l. II. c. 12. p. m. 223. (*q*) Antiqui. Conviv. p. m. III. b. (*r*) L. c. lib. 28. c. 15. (*s*) lib. X. contra Julian. p. 359. edit. Lips. 1696. f.

cle in Antigone docet; apud Græcos inter alia id servatum esse, ut euntes per medium ignem & ferrum manibus ferentes sacerdentes juramentum. Sic & quod obiter notamus, Eduardi, cognomine Confessoris, Britannorum Regis, conjux, vel, ut alii volunt, mater, Emma, adulterii accusata se purgavit, a suspicione liberavit & innocentem probavit (r). Interdum effusione libaminum tota foederis ceremonia absolvebatur, ubi simul vovebant, ut primi perjuri sangvis atque cerebrum eundem in modum effunderetur, sicuti ex his Homeri versiculis colligere est: Οὐαρ δὲ, &c. (s). Actum autem transeundi per animalium dimidia tunc negligebat, quantum ex antiquitatum monumentis innoscit. Haud raro pilorum modo particulas quasdam abscindebant, & super exsecatis bruti testibus jurabat foedus contrahentes, nihilque præter imprecationem malorum in caput foedifragi addebant; præsertim, si periculum in mora erat, nec lente festinare licebat. Id quod Homerus, Potterus, aliquie Graecorum res gestas narrantes scriptores satis superque testantur.

§. 16.

Neque silentio heic, quamvis per se hoc minime quadrare videri possit, prætereundum est, quod Plutarchus in vita Aristidis de peculiari quoddam foedera pangendi ritu apud Athenienses vigente & a more Rom. foedera per lapidis abjectionem confirmandi, haud plane diverso commemorat: Cum, inquit, Græci omnes acquiescere Aristidi jurassent in perfolvendis vestigalibus, jussit ille laminas sc. massas ferreas igne candentes, quæ Mydrus vocabantur, post horrendas excrationes in mare projici DEos orans, ut sic exterminarentur, & sic misere perirent extinti cum omnī gente & stirpe, quicunque pejerarent, velut ignitum illud ferrum aqua extingueretur (t). Alius ex eadem classe foederis mentionem facit Plutarchus in allegata Aristidis vita, quod Græci inter se inierunt, delatis ac penitus profligatis Xerxis copiis, ubi laminas ignitas in mare projicendo innuebant, juramentum fore sacrum & intemeratum, quamdiu laminae ferreae in fundo maris residerent neque supernatarent &c (x). Pariter ratione foedus contrahebatur ad fontem Acadinum in Sicilia, quod

re-

(r) vid. Corn. a Lepide ad i. Cor. XI. 25. & Potter. I. c. p. 262. (s) IA γ'. v. 295. seq. (t) v. Al. ab Al. I. c. I. V. c. 3. p. m. 27. Stuck. in sacr. sacrific. gentil. descript. p. m. 95. a. (x) v. Potter. I. c. p. 261.

recentet Potterus sepissime jam allegatus. Ceterum de hac Græcorum consuetudine foederali Sophocles, Callimachus & Grammatici alii verba quædam fecerunt, notante Pfeiffero (y).

§. 17.

Ad Romanam gentem si nos convertimus, de ipsius ritibus foederalibus dissentient inter se viri docti. Haud pauci (z) firmiter admodum persicati sunt apud Romanos morem per animalium dissectionem foedus corroborandi obtinuisse, quod jam §. 19. dissert. prioris indicavimus, idque tueri conantur ex Virgilii verbis; - - Et caſa jungabant foedera porca: Sed si ingenuo fatendum, quod res est, haec verba mea quidem sententia non evidenter probant, quod probandum erat; adeoque in medio relinquo & lubentissime aliis gloriam & palmam tribuo, si istud ex scriptoribus fide dignis eruere valeant. Attamen brevissimis indicabo, quod de Romanorum ceremoniis foederalibus relatum legi. Nempe ut plurimum Romani per Feciales filo lanæ velatos & verbena in capite ornatos orationem præmittebant ac leges foederis recitabant; finem sermonis constituebant verba: Si prior defecerit Populus Rom. publico consilio, dolo malo, tu, ille diespiter (a), hunc sic ferito, ut ego hunc porcum vel hanc porcam hodie feriam, tantoque magis ferito, quanto magis potes pollesque Id ubi dixit, porcum silice percussit (B). Atque hac ratione Romani foedera sanctire solebant. Fecerunt ita in foedere antiquissimo regis Tullii cum Albaeis (y); & Claudius cum regibus in foro foedus icisse porca caſa adhibitaque vetere facialium præfatione dicitur Svetonio (d). Quid multa? To-

C 2

tus

(y) I. c. L. II. c. 49. conf. & Schilli Nomencl. Philol. p. m. 645. (z) e.g. Hulsemann, Gerhardus, Bompartius, Mercerus, nec multum ab his recedere viderur Alexander. ab Al. (a) i. e. Diei pater, ut vulc Varro de L. L. & Macrobius l. i. ap. Gyraldum Opp. T. I. p. m. 85. (B) Silicem, quo foedus feriebant, ex templo Jovis Feretrii sumebant, quod a Romulo omnium primum Roma consecratum & exstructum in vertice Capitolini, ubi nunc Dionysio & aliis testibus, Ara Cæli conspicitur, conf. Bartholom. Mariani Topographiam urbis Rome lib. II. c. 2, apud Grav. T. III. p. 77. (y) Liv. l. i. (d) in vit. Claud. c. 25. conf. & Barcl. Argent. l. i. c. 17. p. m. 115. de Melandri & Lycoenis foedere.

tus processus Rom. foedera ineundi ex Livio ac Dionysio passim, ex Oⁿuphr. Panvinio de Civitate Rom. (ε), ex Caroli Siganii antiquo iure Italiae (ζ), ex Trellieri libro de jure jurando (η), & ex Dieterici antiquitatibus Biblicis (θ) innotefecit. Duas observations heic addere liceat. Prima est, quod porci effigies eam ob causam inter militaria signa quintum locum obtinuerit, quia consecro bello, inter quos pax fieri debebat, cæsa porca vel porco feedus firmari solebat, ut loquitur Festus. Altera est, quod Hannibal ex Poenorum more loco porci vel porcae in solenni quadam pacto agnum percusserit teste Alberico Gentili (ν), Alexandro ab Al. (π) & Grævio (λ).

§. 18.

Nonnunquam vero per Jovem lapidem fœdus icisse Romanos (μ) ex historia Rom. monumentis elucet. Sic fœdus inter Carthaginenses & Romanos per Jovem lapidem fulciebatur, teste Polybio (ν): Εστι δέ, inquit, τὸ Διός Λιθός &c. Facialis autem in fœderibus publicis publico nomine promittebat servandam fidem hoc modo: Si recte ac sine dolo malo hoc fœdus atque hoc jurandum facio, Dii mihi cuncta felicia præstent, si aliter aut facio aut cogito, ceteris omnibus salvis solus ego peream, ut lapis hic ex manibus meis decidet. Vel: si sciens fallo, me Diespiter salva urbeque arceque bonis ejiciat, ut ego hunc lapidem (ξ). Simile quid in re haud dissimili Lucius Cinna fecit Plutarchio in Sylla teste: Lapidem is accepit, & cum summum Capitolii verticem ascendisset, cum proiecisset deorsum, sibi ipsi malum imprecans, ita scilicet, si verba daret, nec fidem servaret, se a Jove deturbari & a Romanis abjici velle, quemadmodum ipse lapidem projiceret. Non dissimilia refert idem Icriptor in Timoleonte & Craffo.

§. 19.

Jam subneckerem quædam de variis ceremoniis & sacrificiis in fœderi-

(ε) c.33. ap. Græv. T. I. p. 236. (ζ) l. 1. c. 1. ap. Græv. T. II. p. 1394. seq.

(η) ap. Græv. T. V. p. 880. conf. & Sauberti de sacrif. p. m. 636. seq. (θ)

p. 633. seq. (ι) de legationibus l. 1. c. 13. p. m. 39. (π) l. V. c. 10. (λ) T. V. p.

849. seq. (ω) de Arabibus idem testatur Herodotus l. 3. (ν) lib. III c. 25. p. m. 181. a. edit. Wachel. 1609. conf. & Gyrald. l. c. p. 85. (ξ) vid. Al.

ab Al. l. V. c. 10. Trellier. l. c. ap. Græv. T. V. p. 880. Dieter. l. c.

deribus matrimonialibus adhibitis, nisi instituti ratio prohiberet. Quare B. L. allegatum volo ad Hotomannum (o) & Stukium (π). Nec de Iustificationibus, de quibus jam supra quædam diximus, pluribus agere licet. Evolvat, cui arridet, Marshamum (ρ), Lomeierum (σ) & Dan. Clasenium (τ).

§. 20.

Priusquam coronis huic Dissertationi imponatur, pauca differere promisi de loco Gen. XV. 7-18. ubi primaria quasi sedes & fons ritus nostri federalis se conspiciendum præbet ad minimum vetustiora ejus rei exempla non habemus. Heic si circa voces hærere vellemus, amplissimum dicendi campus se nobis aperiret, nec dies sufficeret historiæ illi explicandæ: hinc scopus noster est, scopum hujus ceremoniæ federalis per dissectionem animalium in isto loco tantum indagare. Attamen ne plane ~~αιρετικο~~ transiisse videar, tria solummodo verba de difficultioribus vocibus in commemorata capitii parte & in primis versi 9. & 10 obviis faciam. Quantum itaque ad vocem שְׁלֵשָׁה vel תְּשִׁלְשָׁה, idem valet h.l. ac ~~תְּשִׁלְשָׁה~~ ap. Ef. XV. 5. & Jer. XLVIII. 34., & significat triennis. Consentientes nobiscum habemus Jonathanem, LXX. Seniorum versionem, varios Judaicos & sexcentos alias interpres, imo qui multorum instar esse potest, perspicacissimo ingenio & acutissimo judicio polentem ac solide doctum Bochartum (v). Trima autem debebant esse hæc animalia forsitan ob causam, quia sapientissimum Numen hac ratione peculiare quid innutre moliebatur (φ), & quia in tertio ætatis anno perfecta sunt statura & robore atque maxime præstant. Unde apud Lucianum in Deorum Dialogo Ganymedes a Jove raptus & dimitti petens pro lytro suo promittit se arietem Jovi immolaturum τὸν τρίτην, τὸν μέγαν, οὐ γάτα περ τὴν νομὴν (χ). Pergimus ad vocem תְּגַנְעָה; hec

C 3 qui-

(o) in Tr. de veteri ritu nuptiarum apud Grev. T. VIII. p. 1144. (π)

Ant. Conviv. p. 170. edit. nov. (ρ) l.c. p. 264 seq. ubi in primis de Iustificationum origine differit. (σ) de Iustitat. gentil. passim. (τ) in Theol. gentil. l. 3. c. 6. ap. Gronov. T. VII. p. 131. conferri quoque meretur Grotius ad Matth. XXVI. 28. (v) Hierozoic. P. I. l. 2. c. 28. 46. (φ) vid. Corn. a Lap. ad b. l. (χ) Plur. vid. ap. Hesychium, & Bomparium in Parallelis saec. 5 profan. p. m. 81. seq.

quidem s^ep^e denotat vitulam; ast haud raro quoque permutatur cum voce בָּרֶן, sicut עַנְבָּר cum voce עַבְרָן; id quod sole meridiano clarius elucet tum ex locis paulo ante allegatis, tum ex Deut. XXI. 3. seqv. & Jerem. XXXIV. 18. seqv. tum ex adiecta voce מִשְׁלֵשָׁת, adeoque h. l. significat juventam (ψ). Jam sequitur vox שָׂעָר capram, quæ ove robustior est, denotans. Cujus interpretationem a Jonathane factam & a textu nostro discrepantem, legere poteris ap. Drusium (ω). Excipit hanc vocem vocabulum אַיִל Chald. Gr. ῥάριον vel ἀρίτερος, quod uti ex multis locis scripturæ appareret, arietem significat (Ν). Quod ad aves attinet, quarum in v. 9. fit mentio, primum nominatur תְּרֵי i. e. τρύγων f. turtur, de quo non est dubium. Unde autem hoc nomen ortum trahat, prolixe docet Bochartus (Π). Porro commemoratur קָנָה, quæ vox pullum quidem aliarum etiam avium, sed potissimum columbini generis significat (Ξ); passim cum turture solet conjungi, præcipue in Levitico. Non sine prægnanti causa h. l. adhibetur vocabulum בָּתָר, sed ut indicetur specialis ratio ritus pangendi foedera per dissectionem animalium, cum deinceps voces generaliores גּוֹר & כְּרָב usurpatas inveniamus. Cur vero Abram columbas tanquam imaginem Israelitarum, non æque ac quadrupedia, quæ hostes posteritatis Abrahami præfigurabant, ut plurimi interpretum sentiunt, diviserit, & quid sibi voluerint aves rapaces, monstrat B. Theodoretus (Π) ut & Grotius (Π); Imo infra res ulterius a nobis declarabitur. Vox בְּצָר, quam nunc consideramus, lampada, facem & tædam denotat. Est itaque שְׁנָאֵל f. fax ignis h. l. indicium Dei præsentis ac foedus cum Abrahamo ferientis, sicuti postea Israëlitas in itinere ex Ægypto בְּעֵמָר אֲשֶׁר בְּרוּגָן נְתָנָתִי jam supra in §. I. Dissert. I. disseruimus. Ideo tantum de voce נְתָנָתִי adhuc

(ψ) v. Bochart. I. c. p. 275. (ω) Not. adb. I conf. & Bochart. P. I. p.

620. (Ν) v. Drus. not. maj. ad b. l. Bochart. I. c. I. 2. c. 43. init.

(Π) I. c. P. II. L. 1. p. m. 4. 37. & Buxt. in Lex. Ebr. (Ξ) Bochart. I. c.

8' p. 6. (Π) Opp. T. I. Interrog. 66. ad Gen. p. m. 52. edit. Paris.

(Π) Annot. ad b. l. (Υ) Exod. XIII. 21. 22.

adhuc observamus, quod emphaticē pro Futuro ponatur (†), ad innū-
endam certo præstandam promissionem, quam Deus Abramo dixerat.
Estque hoc quasi iurandum; hinc dicitur Deus passim Abramo jurasse.
Nam iuramentum proprie in Deum non cadit, quia nihil ipso superius da-
tur, aut excogitare licet; adeoque nec testem nec vindicem aliquem in-
vocare potest. Verba autem Dei, licet non corroborata sint iuramento,
fallere nesciunt. Sed hæc circa voces potiores hujus loci scripturæ mo-
nuisse sufficiat.

§. 21.

Ad rem ipsam progredior, quam ego mihi sub finem hujus disserta-
tionis brevissimis adhuc perlustrandam sumsi; nec vereor Dougtæi (¶) af-
fertum, qui de fine actionum Abramii hoc in capite descriptarum dicit:
Oedipo hic potius opus sit, quam interprete &c. Scopum itaque divisionis
animalium & transitus per segmenta h. l. esse puto; ut Deus cum Abramo
foedus iniret. Id quod eluet ex versu 18. Etenim fide pollens Abram ex
promissione Dei veracissimi jam c. XII., & in hoc quoque capite facta cer-
tissime & summa cum fiducia expectabat semen, quod ex parte esset causa
vera, optimæ & in eternum duraturæ benedictionis super omnes gentes
emanantis; imo sperabat possessionem terræ Canaan posteris suis tribuen-
dam, & a coelesti veritate bis jam pollicitam. Ad quod promissum exter-
nis signis confirmandum, & etiam ad Israëlitarum fidem in afflictionibus
venturis conservandam dividebantur h. l. animalia in duas partes, quod e-
rat symbolum foederis firmissime sanciendi & nunquam violandi. Atque
simul hac ratione innuebatur id, quod Deus in sequentibus dilucide satis
proponit, nempe fata futura familiæ Abrahæ in servitute Ægyptiaca. Di-
visa autem animalia repræsentabant, quod contextus suadet, hostes & per-
secutores populi Israël, qui instar avis rapacis Israelem ad internectionem
persequi decreverant; sed Deus gentem suam post exantatos multos &
diuturnos (¶) labores & post toleratas innumeras molestias potenti manu
liberaturus, sartam tectamque conservaturus & persecutores acerrime pu-
niturus erat. Terribilem se fore Ægyptiis per gravissimas poenas prædi-
cit justissimus judex & illud clibanō sumante indicat: liberandis vero

Isra-

(†) Simile exemplum occurrit Ef. VII. 14. (¶) Analect. sacr. p. m. 20.

(¶) de tempore servitutis & exitus Israël ex Ægypto conferantur
Chronologi, Vossius, Usserius &c. conf. Poli Syn. Crit. adb. I.

Israëlitis se pollicetur optime cupientem & auxilio subvenientem. Quod ut ne in dubium vocetur, sub specie flammæ facis ardantis transit per *דְּבָרָוּתִים*, & sic liberse adstringit ad certissime præstandum ea, quæ promiserat, & ad tuendam ecclesiam suam, quæ super morte Messia fœdus cum ipso facit, & in morte illius sperat transitum per mortem ad vitam, contra insultus omnium aduersiorum. Quare lampas transiens dicitur legatus divinæ majestatis a B. Calovio. Imo credibile est Abramum similiter inter partes victimarum divisarum transisse, quamvis hanc aliasque circumstantias omittat Moses. Quanti faciant Judæi hoc pactum solenne, patet ex eo, quod iterum iterumque precari soleant: **אֱמָן מֶלֶךְ רַחוֹם וְחַנּוּן וּכְבָט לְבִרְיתֵ בָּנֵי הַבְּנִים;** Nam totum hoc fœdus ad gentis Abrahamiticæ salutem attinebat (1).

§. 22.

Heic terminus esto lucubrationum nostrarum de foederibus veterum per dissectionem animalium factis. Ea, quæ forsan deesse videntur, ulteriori B. L. meditationi relinquo. Et si B. L. non omni ex parte satisficerim in opera ista, imbecillitati meæ condonabit, memor dicti illius Ebraeorum: **הַרְגֵּל וְעַשְׂתֵּ אָמֵן.** Ceterum grates, quas pia mente concipere valeo, maximas benignissimo Numini persolvo, quod in laboribus hisce auxilio suo gratiosissimo tenuitati meæ adesse haud recusaverit. Imposterum quoque vias & conatus meos ipsius gratiæ ineffabili & sapientissimæ providentia commissos commendatosque volo.

Π. Θ. Μ.

Ἐπίμετρος.

1. Religio erga Deum est Juris naturæ.
2. Juramentum non cadit in Deum.
3. *Ἄρθρωποι θυσία* gentilium natales debere videtur τῇ κακο-
εγγλίᾳ.

Errata in I. Differt. comprehensa.

In præfat. columna. 2. not. (2) pro c. 2. lege c. 3. col. 4. pro Henr. IV. leg. V. in not. (3) pro 1550. leg. 1555. in §. 2. pro respondit leg. respondet. in §. 16 pro συνθάττεσθαι leg. συνεφαπτεσθαι. in §. 19. pro περιφασται leg. περι-
φερεσται.

(1) v. *Lud. de Dieu observ. ad b. l. p. 28. edit. L. B. 1648. 410.*

Leipzig, Diss., 1711

f.

Sb.

W 18

ULB Halle
004 708 792

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta


Red

Yellow

Green

Cyan

Blue



13071.

N^o 28

1711, 4

21. 2

בָּנָה

DE

FOEDERIBUS VETERUM
PER DISSECTIONEM
ANIMALIUM FACTIS

DISSERTATIONEM POSTERIOREM
INDULGENTE
AMPLISSIMA FACULT. PHILOSOPHICA

IN VICEM PRIORIS

PRO LOCO

INILLA ALIQUANDO OBTINENDO

D. XXIII. SEPT. A. O. R. cL locc.XI.

EXHIBET

M. JO. DANIEL JACOBI,
ERFF. TH.

LIPSIÆ,
Literis IMMANUELIS TITII.